





7002.

D. O. M. A.

1621/3

6.

10.

DISPUTATIO IURIDICA

M

12.

De

REI VINDICATIONE.

Quam

Autoritate & permisso Magnifici & Amplissimi Ictorum ordinis in illustri Academia Iulia

1 1/2

PRAESIDE

IOHANNE FEDDELOVIO
Oldenb. Fris. I.V.C.

Ventilandam proponit
IOHANNES SETHÆVS
VVurdan. Fris.

Ad diem 20. Aprilis.



HELMÆSTADI
Typis heredum Iacobi Lucij, Anno
M. D. CXXI.





Reuerendo Clarissimo nec non Doctissimo

Viro,

Dn. IOHANNI VVAGNERO, Phi-
lofophiæ Magistro, & ecclesiæ in urbe
Brunovizenfi Superintenden-
ti fideliffimo,

VTI ET

Ampliffimo Clariffimo & Consultiffimo

Viro,

Dn. IOHANNI THOMÆ CLVDIO
I. V. D. & in illuftri Academia Iulia
Profefiori Publico,

Viro quoq;

*Speclatiffimo, doctrinâ & prudentiâ præ-
ftantiffimo,*

Dn. THEODORO GVNTHERO Re-
uerendiffimi Postulati Halberftadenfium
Epifcopi &c. Secretario me-
ritiffimo,

*Promotoribus ac Mecænatibus fuis
magnis hanc obferuantie arrham
cum officiofiffima falute*

Dicat & confecrat

*Iohannes Teddelouius
Aut. & Pras.*



THESIS I.

VIndicationis vocabulum, ad jus translatum, denotat actiones reales, *ff. si. servitut. vind. l. 16. §. in vindicatione. de pign. quæ etiam petitiones appellari solent, l. pecunia. 178. §. actionis, de V. S.* Quo sensu Cuiac. *in paratit. de R. V.* rei vindicationem dicit esse proprietatis assertionem: vel alicuius alterius juris.

II. In specie verò vindicatio ad res corporales refertur, diciturq; rei vindicatio, actio videlicet, qua rem corporalem, quæ ab alio possidetur, nostram esse intendimus, *§. 1. I. de act. l. actionum. 25. de O. & A.*

III. Causa hujus actionis est remota vel propinqua. Remota est jus civile & lex 12. tabul. *V. Vesenb in parat. h. t. n. 3.* non jus prætorium, ut quidam autumant, teste Oldend. *class. 3. act. 2.*

IV. Propinqua duplex est: una ex parte actoris, altera ex parte rei consistit. Ex parte actoris est dominium, *l. in rem. 23. ff. l. fin. C. h. t.* Ex parte rei verò possessio, *l. officium. §. ff. h. t. l. vn. C. de al. judic. mut. caus. licet Gyph. ad d. l. actionum 25.* existimet hæc duo non junctim, sed dominium solùm causam esse hujus actionis.

V. Hinc est, quod qui agit rei vindicatione, cum eo agere dicatur, qui nullo jure ei obligatus est, *d. §. 1. I. de act.* Etenim hæc quoque actio obligationem quandam præsupponit, *§. 5. I. de except. arg. l. nam hoc natura. 14. de cond. ind.* non autem eam, quæ ex contractu vel maleficio oritur, & magis in specie obligatio dicitur.

VI. Porro tam ratione dominij quam possessionis, actio hæc diuiditur in directam & vtilem. Directa enim datur ei, qui dominium propriè sic dictum & quidem jure regulari acquisitum habet, *arg. l. si ut proponis. s. C. h. t. l. i. si ag. vect. pet.*

VII. Tignum tamen, ædibus alienis iunctum, domino vindicare non licet: sed contra eum, qui sciens alienum junxit ædibus, actio de tigno juncto in duplum datur: & præter hanc est etiam actio ad exhibendum & rei vindicatio, quasi dolo desierit possidere; nisi duplum jam sit solutum, tunc enim actiones illæ cessant, *s. cum in suo solo. 30. I. de rer. diuis. & ibi VVesenb. d. l. in rem. 23. s. tignum. l. 2. de tign. junct. l. qui res. 98. de solut. Diss. Vult. ad d. s. 30. Hunn. in resol. thes. 7. disp. de rer. diuis. q. 36.*

IIIX. De bonæ fidei ædificatore quæritur: utrumne & hic in duplum teneatur? Disting. aut enim tignum est furtiuum; & tenetur, *d. l. 23. s. tignum. l. 1. de tign. junct.* aut est non furtiuum; & solius justij pretij solutio sufficere debet, *l. de eo. 63. de donat. int. vir. & vx. Cuiac. ad d. l. 98. Gædd. ad l. 62. n. 8. & 9. de V. S. Diss. Myns. ad d. s. 30. n. 7.*

IX. Quid si eximere & restituere paratus sit, an poterit dupli præstationem effugere? *Neg. d. l. 1. de tign. junct. l. 2. C. de adif. priuat. l. senatus 52. de contr. emt. Gilken. ad d. s. 30. n. 29. Diss. VVesenb. & Harprecht. ibid. Don. 4. comm. 33.*

X. E contrario utilis actio datur ei, qui priuilegio quodam dominium rei adeptus est: utpote militi in re, quam alius pecunia ipsius suo nomine comparauit, *d. l. si ut proponis. s. junct. l. ad probationem. 21. C. de probat.*

XI. Ita emphyteutæ & superficiario ratione juris & quasi dominij eadem actio concessa est, *l. 1. si ag. vect. l. 1. s. 1. de superf.*

XII. Est etiam utilis in rem actio, quæ accommodatur ei,

6. 10.
ei, qui stricto jure dominium rei amisit; ad hoc, ut vel rem ipsam vel rei æstimationem, prout possessori placuerit, recipiat: puta, si arbor in alienum solum translata coaluerit & radices immiserit, *l. 5. §. 3. ff. h. t. l. sed si meis. 26. §. 2. de acq. rer. dom. VVesenb. ad §. si Titius. 32. I. de rer. diuis. Diss. Don. 4. comm. 34. aliter Hillig. in not. ibid.* Vel si quis in tabula aliena picturam fecerit, eamq; possideat, *§. 34. I. de rer. diuis. Myns. & Schn. ibid.*

XIII. Possessio est vera vel ficta. Vera hoc loco latius sumitur, vt & in *l. 7. §. 11. comm. diuid.* nimirum non solum pro citili & naturali possessione, *l. 3. §. vlt. ad exhib. l. 60. §. 1. de usufr.* sed etiam nuda & simplici rei detentione *d. l. officium 9.* eaq; actionem directam constituit.

XIV. Detinent, qui non suo sed alieno nomine possident: veluti commodatarius depositarius, *l. 8. commod. l. 7. §. 1. deposit.*

XV. Qui tamen iudicium hoc declinare possunt, nominando dominum rei & autorem suum. Dantur enim induciæ ad denuntiandum domino, controuersiam motam esse, vt veniat jus suum defensurus, *l. 1. & 2. C. ubi in rem act.*

XVI. Detentio autem ista debet esse conjuncta cum restituendi facultate, *d. l. officium 9.* Qua propter contra sequestrem ad obtinendum relaxationem hæc actio non porrigitur, *Gædd. in tract. de sequest. c. 1. n. 145. Diss. Dd. variè.*

XVII. Naturaliter respectu juris sui possidet usufructuarius, *d. l. 12. de acq. poss.* Ciuilitè, qui iure & affectu domini possidet, *l. nemo. C. l. 6. §. qui uel auidi. as ff. de acq. poss. & actione hac conuenitur, tamen si fortè restituendi facultatem non habeat, Oldend. class. 3. act. 2. n. 5. Schn. ad §. 1. n. 39. I. de act.*

XVIII. Fictè & per juris interpretationem possidet is,

qui dolo possidere desijt, *l. quod si dolo. 22. l. sed & is ff. h. t. l. qui dolo. 131. l. parem. 150. de R. I.* Iccirco utilis hoc casu non directa venit actio, *l. 3. §. ult. de al. iud. mutat. caus. fac. Pac. cent. 3. enan. quest. 13.*

XIX. Nec interest, ante vel post litem contestatam possidere vel detinere desierit, *l. sin autem, §. sed etsi ff. h. t. Schn. ad §. 1. n. 87. I. de act. Pac. d. q. 13. Diss. Zas. in d. §. 1. n. 22. Mynsing. n. 23.*

XXI. Neq; postulare potest, vt sibi ab actore actiones contra possessorem cedantur, *l. is qui dolo, 69. h. t. Pac. cent. 3. enant. q. 48. Diss. Duar. ad l. 12. de re iudic.*

XII. Qui per latam culpam possessione cecidit, non pluris quàm quanti res est condemnatur, *l. 5. §. sed in his. de in lit. iur. l. qui seruum. 91. de V. O. VVes. in par. de in lit. iur. Diss. Don. in d. l. 5. n. 10. Duar. n. 33.*

XXIII. Sed numquid tenebitur possessor, si leui saltem culpâ desierit rem habere in potestate? Affirmat. *l. si culpa ff. h. t. Fach. 11. cent. 51.* adhibitâ quoad hanc & latam culpam distinctione *l. si homo. 45. h. t.*

XXIV. Is quoq; qui se liti obtulit, perinde habetur, ac si possideret, *l. is qui se. 25. ff. h. t. l. qui se liti. 45. de petit. her.*

XXV. Liti autem se offerre dicitur, qui interrogatus, respondet se possidere, vel cum actor à possessore petere vellet, dixit se possidere, ut actionem ab illo auerteret, *l. sin autem 22. h. t.* non qui simpliciter passus est secum litem contestari, *arg. l. qui petitorio. 36. h. t. Obrecht. disp. 12. p. 1. n. 73.*

XXVI. Quemadmodum ex aduerso neganti, cùm sciret se possidere, aufertur possessio; reseruatâ tamen dominij quæstione, *l. ult. ff. h. t.*

XXVII. Quod eò benè extenditur, etiamsi non directè & specialiter neget, sed ita respondeat: nego narratâ prout narrantur, *arg. l. 20. §. 1. de interrog. in iur. fac. Felin.*

in

6
10.
in c. ceterum. col. 6. de Iudic. Diss. Marant. p. 6. memb. iudic. 10.
n. 4. Schn. ad §. 1. n. 92. I. de act.

XXIIX. In heredes igitur hæc actio non ut heredes
sed ut possessores, si & ipsi possideant, intenditur, l. si rem.
42. ff. h. t.

XXIX. Non tamen ignoratione sua malæ fidei posses-
soris vitia excludunt, ut fructus lucrari possint, l. 52. ff. h. t. l.
2. de fruct. & lit. exp. Fach. 1. contr. 56.

XXX. Illud etiam hinc sequitur; quod possidenti a-
ctio hæc non competat, l. 1. §. interdictum. autem. ff. uti. possid.

XXXI. Nec vllum ab hoc jure casum; in quo forman-
do mirè variant interpretes, exceptum dari, censendum
est, d. l. 1. §. interdictum. Vult. ad §. æquè. 2. I. de act. Ant. Matth.
ibid.

XXXII. Obiectum sunt res corporales, non modò
singulæ, sed etiam universitas rerum corporalium, utpo-
te grex, armentum, l. 1. §. ult. ff. h. t. VVesenb. in parat. eod. n. 5.
Pac. cent. 3. enant. q. 40.

XXXIII. Quin & filius à patre, adjectâ tamen causâ,
quod jure Quiritiû sit in potestate, vindicatur, l. 1. §. 1. ff. h. t.

XXXIV. Sic ad exemplum hujus vindicationis, ma-
gistratus ciuem, arg. l. 37. pr. ad municip. abbas monachum,
arg. a. h. ingresi. C. de sacros. ecclcl. rectè petit & vindicat.

XXXV. Forma est in ipsa dominij & proprietatis as-
sertione, d. §. 1. iur. de act. d. l. actionum. 25.

XXXVI. Finis duplex est: unus est, ut actor sententiâ
judicis dominus rei petitæ declaretur, l. & ex diverso, 35. §.
1. ff. h. t.

XXXVII. Alter est, vt eidem tanquam vero domino
res sua restituatur, l. 17. l. 20. h. t.

XXXIIX. Effectus est officium judicis, quod versatur
tum in cognoscendo; an nimirum actor sit dominus &

reus

reus possessor, *d. l. officium. 9.* tum in ferenda sententia; quâ primò actori dominium non tam adjudicetur, quam ipsius esse, ut quod jam antè habet, declaretur, *d. l. & ex diuerso 35. §. 1.*

XXXIX. Deinde iustus interponatur, de re intra certum tempus restituendâ, *d. l. 35. §. 1. l. qui restituere. 68. h. t.* cum omni eo, quod habiturus esset actor, si tempore litis contestatæ res restituta fuisset, *l. 20. h. t.*

XL. Proinde si res deterior sit facta, iudex æstimabit, quanto minoris res valeat, *l. non solum. 13. ff. h. t.* alias cautionem à reo exacturus, quod in re, quæ restituitur, nihil dolo. *l. 18. l. 29. in fin. h.* nihil culpâ commissum sit, *l. 45. h. Don. 20. comm. 5. Pac. cent. 3. enant. q. 44.*

XLI. Accessiones quoq; ideò ad officium iudicis pertinent, *§. 2. I. de offic. iudic.* utpote fructus, *l. 17. §. 1. h. &* quæ sunt vice fructuum, pensiones & usuræ, *l. si navis. 62. h. t. l. 29. de pet. hered.* quamuis de his in bonæ fidei possessore secus statuatur Schn. *ad §. si quis à non domino. n. 5. I. de rer. diuis.*

XLII. Fructus vel sunt naturales vel industriales, *l. fructus 45. de usufr. l. item §. seminarij s. de usufr. l. si eius. 78. h. t. Diss. Coras. 5. miscell. 9.*

XLIII. Vtriq; vel stantes siue pendentes, *l. fructus. 44. h.* vel percepti, vel percipiendi, *l. qui scir. §. 1. de usur.* vel consumpti, *l. certum C. h. t.*

XLIV. Bonæ fidei possessor fructus industriales percipiendo suos facit, non autem naturales, *d. l. fructus. 45. d. §. si quis à non domino, & ibi Ant. Matth. Diss. Forst. disp. 6. th. 26.*

XLV. Domino autem fundum vindicante industriales, exstantes, quantumuis perceptos restituit, *l. 22. C. h. t. l. 4. §. 2. fin. reg. Vult. 1. disc. 20. Diss. Don. in tract. de fruct. c. 4. uti & naturales consumptos, d. l. fructus. 45. l. 40. in fin. de acq. rer. dom. & ibi Cuiac. Diss. Ant. Fab. 4. con. 17. & malæ fidei pos-*

essor

6
10.
fessor in vniuersum omnes, *d. l. certum. 22. l. 33. h. 1. in fin. C. de pet. hered. l. 2. C. de fruct.*

XLVI. Huic iussui si reus parere detrectet, iudicis officium est, ut vel manu militari rem auferat, *d. l. qui restituere 68. l. fin. C. h. vel quantum aduersarius in litem iuraveris, condemnet, l. in actionibus §. 1. & 2. de in lit. iur. Coras. 6. misc 2.*

XLVII. Antequam autem reus iudicatum faciat, impensarum, quas in rem petitam fecit, non minus à iudice habenda ratio est, ne actor cum ipsius damno locupletetur, *l. plane 38. de pet. heredit.*

XLVIII. Impensæ sunt vel necessariae vel vtilis vel voluptuariæ, *l. impensa. 79. de V. S. l. 5. §. ult. de imp. in res dot. fact.*

XLIX. Necessarias tam malæ quàm bonæ fidei possessor deducit, *d. l. plane 38. l. 5. C. h. Don. 20. comm. 7. Bronch. 2. ass. 26. Diss. Ant. Fab. 2. con. 3. circ. fin.*

L. Vtilium deductio bonæ fidei possessori certis sub conditionibus, expressis in *l. in fundo 38. h.* permessa. Malæ fidei possessor autem easdem prorsus non deducit, *§. 30. I. de rer. diuis. l. 37. h. l. domum 5. C. eod. l. 7. §. 12. de acq. rer. dom. sed potest sine læsione prioris status auferre, d. l. domum. 5. d. l. 27. Don. d. loc. Diss. Cuiac. 10. obs. 1. & in tract. 9. ad Afric. & pleriq. Dd. in d. l. 38.*

LI. Voluptuarias bonæ fidei possessor per retentionem seruat, *l. vtilis. 39. §. 1. de pet. hered. l. pro voluptuarijs, de imp. in res dot.* Malæ fidei poss. illas duntaxat tollere & abradere licitum est, modò, id sine detrimento rei fieri possit, *d. l. vtilis 39. in fin. Ant. Fab. 2. con. 1. Diss. Gæd. ad d. l. 79. §. ult. n. 3. de V. S.*

LII. An autem is, qui rem alterius non deductis impensis tradidit, actionem aliquam ad eas repetendas habet? *Neg. l. si in area. 33. de condict. indeb. l. 27. §. fin. ff. l. 11. C. h.*

B

1. Don.

l. Don. 20. comm. 7. Costal. in d. l. 33. nisi in id quo dominus rei locupletior factus, l. si pupilli. 6. §. 3. de negot. gest. vel ejusdem non suum negotium hoc ipso gesserit, l. hereditas 50. §. 1. de hered. pet. d. l. domum 5. Diss. Castrens. in d. l. 33. VVesenb. in §. 30. I. de rer. divis.

LIII. Contraria actionis hujus inter alia sunt vsucapio, *l. hereditatis. 7. C. de petit. hered. & 36. annorum præscriptio, l. sicut. 3. C. de præscript. 30. ann.*

LIV. Naturalis quoq; rei interitus, siue ante siue post litem contestatam contingat, bonæ fid. poss. à pretij solutione liberat, *l. 40. de pet. hered. l. si quis solutioni. 24. de usur.* Imò & mal. fid. poss. siue eum, qui quoram fecit, modò actor rem non fuisset distracturus, si accepisset, sed res similiter apud eum interitura esset, *d. l. 40. l. 15. §. vlt. h. t. l. 14. §. 1. depos. l. 12. §. 4. ad exhib. Cuiac. in tract. 5. ad African. Hotom. ill. q. 30.*

LV. Conceptio hujus actionis siue forma externa, quâ in iudicium deducitur, sita est in formulis antiquis, in quarum locum hodie successit libellus, constans: exordio, maiore propositione, minore siue narratione & conclusione.

LVI. Exordium quod attinet; ubi de iudice competente quæri potest; actio hæc vel in loco rei sitæ, siue reus ibidem inueniatur, siue minùs, *l. vlt. C. ubi rem act. l. quod legatur. 38. de iudic. l. vlt. C. de præscript. long. temp. Vult. in l. 1. C. ubi in rem act. Diss. Cuiac. in parat. C. ubi in rem act. Oldend. class. 3. act. 2. n. 5. vel in loco domicilij recte instituitur, *dd. ll. Vult. d. loc. Diss. Don. 37. comm. 7. VVesenb. in parat. C. ubi in rem act.**

LVII. Maior propositio, cum ex jure cuius obuiò exstructa sit, omitti potest.

LIX. Narratio duo continet: quorum vnum est
certa

6
10
certa rei designatio, vt sciri possit, quid & quantum petatur, *l. s. §. fin. l. 6. ff. h. r.*

LIX. Incerta tamen pars ob confusionem rei nostræ cum aliena, *l. 3. §. vlt.* vel permissionem, *l. s. pr. h. r.* vindicari poterit; quæ tamen, cum ad probationem venit, necesse est, certa fiat, *Don. 20. comm. 4.*

LX. Quin & ea, quæ accessoriè veniunt generaliter rectè petuntur; vt si petatur fundus Tusculanus cum omnibus fructibus perceptis, *arg. c. cum ad sedem. 15. de rest. spol.*

LXI. Res post moram perempta, vt iam amplius præstari nequeat, nihilominus in petitionem deducenda; dum postea iudex conuertat condemnationem in rei petitiæ æstimationem, *l. si seruum §. fin. de V. O. Gædd. ad l. 14. de V. S.*

LXII. Alterum est causa petendi, eaq; duplex, de qua in thesi præcedenti 4.

LXIII. Domini causa omitti quidem potest; si autem exprimatur, hoc inde consequitur actor, vt si ex ea rem non obtineat, restitutione in integrum impetratâ, regressum habeat ad aliam, quam ignoranter prætermiserat, non obstante exceptione rei iudicatæ, cum aliàs omne suum ius in iudicium deduxisse videatur, *l. si mater. 11. §. 1. l. 1. & 2. l. & an eadem 14. §. action. de except. rei iudic. Myns. & Schn. in §. omnium. 1. de act.*

LXIV. Concluso libelli habet nomen actionis, *l. non videtur. 33. de iudic. l. 1. de æstimat. act.* & petitionem ad iudicem directam, *l. 4. §. hoc autem iudicium. 8. de damn. inf.*

LXV. Possessor vt contrà vindicet, jure non astringitur, sed solâ negatione actorem ad onus probandi adigit, *l. vlt. C. h. t. l. 1. C. de hered. pet. l. qui accusare. C. de edend. Vult. in d. §. omnium. n. 58. & Dd. comm. in l. circa. 14. de probat.*

Diss. Cuiac. in not. ad d. §. omnium. Harprecht. ibid. n. 28. & seq. nisi non solum ab actione instituta absolui, sed etiam rei petita dominus pronuntiari velit, Don. in d. §. omnium in fin. VVesenb. ibid.

LXVI. Petitio confecta est ex duplici hujus actionis fine, de quo in thesi præcedenti 35. & aliquot clausulis.

LXVII. Iudex reum victum in expensas ex officio, etiam si petita non sint, condemnare potest; *arg. c. 22 de V.S. & ibi Gædd. l. adiles. §. item sciendum. de adilit. edict. l. usura. ff. de usur. Gail. 1. obs. 51. n. 21. Diss. Iason. in §. omnium n. 145. & ibid. Schneid. n. 128. l. de act.*

LXIX. Illa clausula: & ante omnia petit interrogari reum, an rem possideat, vel saltem ejus restituendæ facultatem habeat, etiamnum effectum suum obtinet, *l. 2. 3. de interrog. in iur. fac. l. qui petitorio. 36. h. r. Scbn. ad d. §. omnium. n. 94. Oldend. in tit. de int. in iur. fac.*

Diss. VVesenb. in parat. eod.

l. n. 5.

F I N I S.



Harprecht. de iur. par. ex fudo domus comp. l. 5.

Cuiac. in not. ad d. §. omnium, et opere manifestum interueniente



ULB Halle

3

005 888 999



VDA 7







7002.

D. O. M. A. 1621, 3
M

6.
12

DISPUTATIO IURIDICA
De
REI VINDICATIONE.

Quam
Autoritate & permisso Magnifici & Amplissimi Ictorum ordinis in illustri
Academia Iulia *1 1/2*

PRAESIDE
IOHANNE FEDDELOVIO
Oldenb. Fris. I.V.C.
Ventilandam proponit
IOHANNES SETHÆVS
VVurdan. Fris.

Ad diem 20. Aprilis.



HELMÆSTADI
Typis heredum Iacobi Lucij, Anno
M. D. CXXI.

